FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

DECISIONES || CAVSARVM || ROTAE FLORENTINAE, || AVTHORE HIERONYMO MAGONIO. || I. V. D. VRBEVETANO. || NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITAE. || Cum Indice ...

Magoni, Girolamo

Urbs Vetus, 1587

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. HIERONYMO SIMONCELLO. S. R. E. CARDINALI.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150757

Visual Library

ILLVSTRISS.MO ET REVERENDISS.MO

D. HIERONYMO SIMONCELLO.

S. R. E. CARDINALI.

Hieronymus Magonius Vrbeuetanus. I. C. S. P. D.

CVm has Florentinas Deciſiones tibi nuncupare ſtatuiſſem, ambigeremq; quo genere orationis eſſet mihi vtendum, incidi in elegantem, ac lepidam epiſtolam D. Ioannis Pauli Lancelloti, celeberrimi Iureconſulti ac præceptoris mei, quam ipſe tribus libris regularum iuris Canonici præfixit, vbi apud Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum Cardinalem Alexandrum Perettum de ratione illorum, qui in ſuis libris ſummorum virorum nomina inſcribere ſatagunt, copioſe ac ſubtiliter dixerit, & aliam atq; aliam eſſe ratiocinatur. Quidam enim (inquit) aſſerunt ſe id facere, vt ſibi comparent aduerſus inuidos, & detractores tutiſſimum aliquod præſidium quorum inſtitutum quemadmodum ipſe non probat, quòd iſti de ſe ſuperbe iudicent, & de alijs male præſumãt, ita nec ego ſequor, editurus enim has Rotæ Florentinæ deciſiones, & ampliſſimo nomini tuo nuncupaturus, non me tanti faciebam, vt alijs ita me ſuperiorem exiſtimarẽ, quod inuidiam excitare deberem quippe cum ſim omnium poſtremus, nec ideo nomen tuum inſcribo, vt pro me bella geras. Sunt & alij qui Dominis ſuis nuncupando putant accepta ſe beneficia his reponere, quorum ratio Lancellotto ſimiliter nec arridet, nec mihi placet cum ſi pro te cum vniuerſa familia mea ſanguinem effunderem, nec minimam quidem acceptorum à te beneficiorum partem perſoluerem. Nonnulli reperiuntur qui ad id ſe proſilire aiunt, vt iudicium eorum quibus ſua ſcripta nuncupant, exquirant, quos meo iudicio merito ille irridet, cum nil magis præpoſterũ excogitari poſſit, quàm poſtquam edideris, cum antea potueris cuiuſuis iudicium ſciſcitari. Quidam verò putant ob patronorum quibus dedicant præſtantiam, nobiliora reddi eorum opera, quod non minus ridiculum putat, quàm ſi quis calcei pulchritudine podagram curari, vel dolorem minui exiſtimet. Reiecto tandem hoc multiplici authorum prætextu, vir acutiſſimus verius cenſet ſcriptoribus propoſitum eſſe, vt aliqua lucri ſpe vel commodi vel honoris ſummis viris noua opera nuncupent ita vt eas quas dicimus nuncupatorias, aucupatorias potius ac rectius appellemus, cum inde ſemper aliquid latenter petatur, quæ quidem tacita petendi ratio omnium modeſtiſſima reputatur, quippe quæ à virtute & labore initium ſumat, & pudore quodam ingenuo veſtiatur. Hacte-

nus Lancellotus cuius ſententiæ, ego quoque omnino ſubſcribo, Sed in hac mea nuncupatoria, quid ipſe tecum agam reddam ne magis, an aliquid petam, uel utrumque ſimul faciam non ſat ſcio. Sum enim tibi ex aſſe ita addictus, & ob ingentem in me collatorũ beneficiorum molem obligatus, ut nihil in me ſit quin, & tibi debeatur, & tuum iure optimo dici debeat, quò fit ut hi noſtri labores (& ſi tenues) tanquam ex re tua proficiſcentes, & tibi nuncupati, reſtitui potius uero domino, quàm dari uidetur. Nec ideo minus hæc noſtra nuncupatoria ab aucupatoria prorſus declinabit, tacitam enim in ſe continet petitionem, cum & illud potiſsimum ab amplitudine tua, expoſtulet ut me cum denſa ſobole mea, ſub patrocinio tuo ſemel ſuſceptum ſerues, & iugiter foueas.

Vale. Ex Vrbeueteri. XVI. Cal. Auguſti. M. D. LXXXVII.